



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 14. Altera opinantium classis circa Sacrificium Missæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

§. XIV.

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

*Altera opinantium classis circa Sacri-
ficium Missæ.*

Fuere in altera classe Archiepiscopi Granatensis, Bracarensis, & Lanicensis, qui opinabantur, quod Redemptor in cœna ultima sacrificaverit quidem, sed Sacrificium mere Eucharisticum, seu laudis, & gratiarum actionis, non autem satisfactionis & expiationis; hi enim Theologi verebantur, ne, si aliter sentirent, derogarent crucis Sacrificio.

His accessit ex Ordine S. Dominici Albertus Duimius Vegliensis Antistes, qui duas in Christo rationes oblationis distinxit, quarum una erat universalis, atque ab ipso in cunctis vitæ suæ operibus adhibita; altera autem fuit pecuniaris, atque ab eo facta in remissionem nostrorum peccatorum, quæ, antequam Crucis Sacrificium fuisset perfectum, locum non habuit. Hanc vero sententiam suam Albertus corroborare nitebatur auctoritate Sancti Thomæ, præcipue autem quo-dam Oecumenii testimonio, cum au-tem hujus Præsulis oratio tantopere Patrum animos occuparet, ut ferme omnes censerent, quod Christi Domini Sacrificium in Cœna ultima non sit appellan-

D. Th. 3.

part. q. 47.

art. 9. & 73.

art. 5.

Sæcul. XVI pellandum Sacrificium propitiatorium
A. C. 1562. sed duntaxat oblatio, hinc fuisus hujus
 Episcopi sermonem referre, operæ pretium erit.

§. XV.

Vegliensis Episcopi oratio; an Sacrificium sit propitiatorium?

Sarp. p. 539. **H**ic itaque sermonem suum ita expositus est: „Oblato Sacrificio propitiatorio, si ad expianda hominum delicta illud sufficiat, ulteriori oblatione non opus est, nisi forte ad gratiarum actionem ea conferre dicatur: illi enim, qui in cœna Sacrificium propitiatorium adstruunt, necessario fatentur coguntur, hoc, & non crucis sacrificio, nos esse redemptos, cui tamen & Scriptura sacra, & doctrina Christiana nostram tribuit redemptionem: nec tamen opponi potest, quod utrumque Sacrificium fuerit unum, ac idem, sed inchoatum in cœna, & perfectum in cruce; nam hoc pacto in alias difficultates nihilo minores incideretur; hæc enim quodammodo sibi invicem reputant, quod principium sacrificii sit sacrificium, cum tunc, si quis post initium factum desisteret, neque ultra pergeret, nemo esset dicturus, illum sacrificasse: præterea, si Christus Patri non fuisset obediens ad mortem usque crucis, sed in-